



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

**O3: European Latin Language Certification – Advanced
Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia
Practical Tools**

Test

(Swedish Version: 30.09.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



ERASMUS+

EULALIA (2019-1-IT02-KA203-062286) is an
Erasmus+ Strategic Partnership for Higher
Education (2019-2022)

Test B2, första delen (förståelse)

Tröskan för godkänt är 75% korrekta svar (30 poäng av 40 av vilka åtminstone 4 i ex. 5 och 6)

Tillåten tidsåtgång: 90 minuter

Summarium

Pygmalion¹, artifex² optimus, offensus feminarum vitiis, sine coniuge vivebat, cum accidit ei ut imaginem pulcherrimae virginis ex ebore³ faceret. Ille in amorem fictae puellae incidit: cum ea vivit et loquitur. Die Veneris sacra, Pygmalion Cyprum⁴ venit deamque orat ut uxorem tam pulchram quam virgo ex ebore ducere possit. Venus eburneam⁵ imaginem in feminam mutat, quacum Pygmalion, gratus, matrimonio⁶ iungitur.

1	interea niveum ⁷ mira feliciter arte sculpsit ⁸ ebur formamque dedit, qua femina nasci nulla potest, operisque sui concepit amorem. virginis est verae facies, quam vivere credas,
5	et, si non obstat reverentia ⁹ , velle moveri: ars adeo latet arte sua. miratur et haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes. saepe manus operi temptantes ¹⁰ admovet, an sit corpus an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.
10	oscula dat ¹¹ reddique putat loquiturque tenetque [...] conlocat hanc stratis concha Sidonide tinctis ¹² adpellatque tori ¹³ sociam adclinataque ¹⁴ colla mollibus in plumis ¹⁵ , tamquam sensura, reponit. 'Festa ¹⁶ dies Veneris tota celeberrima ¹⁷ Cypro
15	venerat, et pandis ¹⁸ inductae cornibus aurum conliderant ictae ¹⁹ nivea cervice iuvencae ²⁰ , turaque fumabant ²¹ , cum munere functus ²² ad aras constitit et timide "si, di, dare cuncta potestis, sit coniunx, opto," non ausus "eburnea ⁵ virgo"
20	dicere, Pygmalion "similis mea" dixit "eburnae ⁵ ." [...] ut rediit, simulacra ²³ suae petit ille puellae incumbensque toro ²⁴ dedit oscula ¹¹ : visa tepere est ²⁵ ; [...] dum stupet ²⁶ et dubie gaudet fallique veretur, rursus amans rursusque manu sua vota retractat ²⁷ .
25	corpus erat! saliunt ²⁸ temptatae ²⁹ pollice ³⁰ venae. tum vero Paphius plenissima concipit heros ³¹

verba, quibus Veneri grates³² agat [...] coniugio³³, quod fecit, adest dea [...].

Glossarium

¹Pygmalion, -is: ille de quo narratur

²artifex, -icis: qui artem facit

³ebore: ebur, eboris: eadem materia qua dentes facti sunt

⁴Cyprum: insula Veneri sacra

⁵eburneus, -a, -um: quod ex ebore factum est

⁶matrimonium: qui uxorem ducit, matrimonium facit


⁷niveus: candidus

⁸sculpsit: sculpo, is, sculpsi, sculptum, ere; imaginem ex lapide facere

⁹reverentia, -ae (ex vereor): qui reverentia movetur, timidus est

¹⁰temptantes (tempto, -as, -avi atum, are): rursus rursusque tangentes

¹¹oscula dat



¹²concha Sidonide tincti: qui sanguinis colorem habent

¹³tori (torus, -i): lecti

¹⁴adclinata: admota

¹⁵pluma, -ae:



¹⁶Festa dies Veneris: dies qua sacra Veneris celebrantur

¹⁷celeberrima (celeber, -bris, -bre): celebrer est locus quo multi conveniunt

¹⁸pandis (pandus, -a, -um): pandum est quod formam cornus habet

¹⁹ictae (icio, -is, -ieci, -ictum, -ere): pulsae, caesae

²⁰iuvencae (iunvenca, -ae): bos (femina)

²¹tura... fumabant (tus, turis; fumo, -as, -avi, -atum, -are)



²²munere functus (fungor, -eris, functus sum, fungi + abl.): cum donum dedisset

²³simulacrum: imago

²⁴incumbens... toro: lecto imminens

²⁵tepere (tepeo, -es, -ere): id tepet quod frigidum non est

²⁶stupet (stupeo, -es, -ere): miratur

²⁷retractat: re + tractat

²⁸saliunt: moventur, vivae sunt

²⁹temptatae: tactae

³⁰pollice (pollix, pollicis): primus digitus

³¹heros: vir

³²grates: gratias

³³coniugio (coniugium, -i): coniugium facit qui uxorem ducit

1 Foga samman sammanfattningarna / rubrikerna nedan med respektive versrader i texten (alla sammanfattningar / rubriker är inte korrekta) - 5

- artifex, qui amore ardet fictae puellae, eam maxime curat
- Pygmalion ad Veneris sacra venit, deamque orat ut ficta puella sua sit
- Virginis imago in veram feminam mutata est
- Pygmalion a Venere petit ut sibi uxorem det, quae tam pulchra sit quam eburnea puella
- Pygmalion puellam ex ebore facit verae virgini simillimam
- ars Pygmalion tam mira est ut lapides ab eo sculpti moveri videantur
- artifex fictam puellam in lecto suo tenet
- Pygmalion eburneae imagini oscula dat eamque uxorem ducit
- Pygmalion, deae gratus, eam quae lapis fuit uxorem ducit; eosque Venus auget
- Venus, quamquam artifex gratus est, matrimonio cum ficta puella obest

vv. 1-6: _____

vv. 6-13: _____

vv. 14-20: _____

vv. 21-25: _____

vv. 26-29: _____

2. Ange om nedanstående påståenden är sanna (= verum) eller falska (= falsum) eller inte går att sluta sig till från texten (= non liquet): 6 poäng

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Ficta virgo pulchior fuit quam omnis vera femina esse potest	X		
2. Pygmalion numquam dubitat quin imaginis corpus ex ebore sit		X	
3. Pygmalion ad templum Veneris adit ut deam exoret			X
4. Ut imago in puellam mutatur, statim amore ardet artificis sui			X
5. Pygmalion coniugem a Venere petit quae sit eburneae imagini simillima	X		
6. Pygmalion Veneri gratus non est		X	

3. Välj rätt svar: 7

<p>A. Virginis imago:</p> <ul style="list-style-type: none">a) moveri velletb) amore Pygmalionis nata estc) a Pygmalioni timeturd) mira arte facta est <p>B. Pygmalion:</p> <ul style="list-style-type: none">a) scit puellam omnia sentireb) candidum colorem eboris maxime miraturc) quasi vera femina esset, imaginem curatd) secum saepe loquitur <p>C. Ficta puella:</p> <ul style="list-style-type: none">a) simillima deae estb) oscula Pygmalionis recusatc) ex auro facta estd) incipit veras venas habere <p>D. Pygmalion:</p> <ul style="list-style-type: none">a) virginem incipit amare postquam ea ex eburnea imagine feminam facta estb) ut virginem eburneam facit, statim eam amare incipitc) Venere iubente, simulatum corpus amare incipit	<ul style="list-style-type: none">d) amore artis suae maxime ardet <p>E. Cum ficta imago in feminam mutatur:</p> <ul style="list-style-type: none">a) Pygmalion statim omnium mortalium felicissimus estb) Pygmalion metu movetur eamque in lectum reponitc) Pygmalion timet ne errore capiaturd) Pygmalion statim ad deam redit ut gratiam reddat <p>F. Dea Venus:</p> <ul style="list-style-type: none">a) Pygmalionem in Cyprum accipitb) Pygmalionem in amorem imaginis inducitc) Pygmalionis precem exauditd) Puellam eburneam in suam faciem mutat <p>G. Postquam eburnea virgo in veram feminam mutata est, Pygmalion:</p> <ul style="list-style-type: none">a) cum ficta imagine matrimonio iungitur, tamquam vera femina essetb) Paphi heros dicitur quia a Venere amaturc) matrimonium facit ubi Venus praesens estd) semper simulatum corpus plus quam veram puellam amat
--	---

4 Välj den synonym eller förklaring som bäst motsvarar textens innehåll: 8

A. v. 6 *ars adeo latet arte sua:*

- a) Pygmalionis ars tam mira est ut eius opus non videatur fictum esse
- b) Pygmalionis ars tam perfecta est ut eius opus mirum sit
- c) Pygmalionis ars omnibus ignota est
- d) Pygmalionis ars nemini ignota est

B. v. 8 *manus... temptantes*

- a) manus timentes virginis corpus tangere
- b) manus quae timide virgine corpus tangere conantur
- c) manus quae virginis corpus tangunt ut sentiant an verum sit
- d) manus quae virginis corpus tangunt ut ea vera fiat

C. v. 13 *tamquam sensura:*

- a) quae sentire possit
- b) ut eam sentire possit
- c) ut ea sentire possit
- d) quasi ea sentire possit

D. v. 21 *petit:*

- a) quaerit
- b) adit
- c) poscit
- d) rogat

E. v. 23 *dubie gaudet:*

- a) dubitat nec gaudet
- b) dubitat sed gaudet
- c) nescit an gaudeat
- d) feliciter dubitat

F. v. 24 *vota retractat:*

- a) rursus virginem tractat cupiens ut vera sit
- b) vota deae rursus rursusque facit
- c) vota deae se non fecisse vellet
- d) deam iterum orare vellet

G. v. 25 *corpus erat:*

- a) eburneum corpus erat
- b) pulchrum corpus erat
- c) vivum corpus erat
- d) simulatum corpus erat

H. v. 26 *plenissima:*

- a) perfecta
- b) plurima
- c) pulcherrima
- d) manifesta

5 Välj rätt svar: 8

<p>A. v. 4 <i>credas</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) congiuntivo potenzialeb) congiuntivo dubitativoc) congiuntivo ottativod) congiuntivo caratterizzante <p>B. v. 5 <i>si non obstet reverentia</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) protasi di periodo ipotetico dipendente, 3° tipob) protasi di periodo ipotetico indipendente, 2° tipoc) protasi di periodo ipotetico indipendente, 1° tipod) protasi di periodo ipotetico dipendente, 2° tipo <p>C. vv. 8 <i>an sit /corpus</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) interrogativa indiretta dipendente da <i>fatetur</i>b) interrogativa indiretta dipendente da <i>temptantes</i>c) interrogativa diretta disgiuntivad) interrogativa indiretta dipendente da un sottointeso <i>nescit</i> <p>D. <i>celeberrima</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) in nominativo riferita a <i>festas dies</i>b) in ablativo concordata con <i>tota</i>c) in ablativo riferita a <i>Cypro</i>d) in nominativo concordata con <i>tota</i>	<p>E. v. 19 <i>si, di, dare cuncta potestis</i>:</p> <ul style="list-style-type: none">a) è una protasi indipendente del 1° tipob) è una protasi dipendente del 1° tipoc) è una protasi dipendente, di tipo mistod) è una protasi dipendente del 2° tipo <p>F. v. 19 <i>sit coniunx; sit</i> è:</p> <ul style="list-style-type: none">a) congiuntivo esortativob) congiuntivo concessivoc) congiuntivo potenzialed) congiuntivo ottativo <p>G. v. 20 <i>dicere</i>:</p> <ul style="list-style-type: none">a) dipende da <i>opto</i>b) dipende da <i>ausus</i>c) è un infinito storicod) dipende da <i>dixit</i> <p>H. v. 27, <i>quibus Veneri grates agat</i>:</p> <ul style="list-style-type: none">a) è una relativa con valore finaleb) è una relativa con valore consecutivoc) è una relativa che contiene un congiuntivo obliquod) è una relativa con valore concessivo
---	--

6 Omvandla följande fraser med utgångspunkt från texten: 6

- A. vv. 6-7: *miratur et haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes*
Nemo dubitat quin **nunc** _____ *Pygmalion simulati corporis ignes*
- B. vv. 6-7: *miratur et haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes*
Nemo dubitavit quin **tum** _____ *Pygmalion simulati corporis ignes*
- C. vv. 18-20: *Si di, dare cuncta potestis, sit coniunx... similis mea... eburneae*
precor ut, si di dare cuncta possint, _____,
- D. v. 22: *incumbens toro, dedit oscula*
videtur _____ *oscula*

E. v. 24: (Pygmalion) falli... veretur

(Pygmalion)_____timet

F. v. 25: saliunt temptatae pollice venae

videntur_____venae

Test B2 – andra delen (översättning)

Översätt den nedan kursiverade textpassagen

Tid till förfogande: 60 minuter

Summarium

Pygmalion, artifex optimus, offensus feminarum vitiis, sine coniuge vivebat, cum accidit ei ut imaginem pulcherrimae virginis ex ebore faceret. Ille in amorem fictae puellae incidit: cum ea vivit et loquitur. Die Veneris sacra, Pygmalion Cyprum venit deamque orat ut uxorem tam pulchram quam virgo ex ebore ducere possit. Venus eburneam imaginem in feminam mutat, quacum Pygmalion, gratus, matrimonio iungitur.

1	interea niveum mira feliciter arte sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nasci nulla potest, operisque sui concepit amorem. virginis est verae facies, quam vivere credas,
5	et, si non obstet reverentia, velle moveri: ars adeo latet arte sua. miratur et haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes. saepe manus operi temptantes admovet, an sit corpus an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.
10	<i>oscula dat reddique putat loquiturque tenetque [...]</i> <i>conlocat hanc stratis concha Sidonide tinctis</i> <i>adpellatque tori sociam adclinataque colla</i> <i>mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit.</i> <i>'Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro</i>
15	<i>venerat, et pandis inductae cornibus aurum</i> <i>concliderant ictae nivea cervice iuvencae,</i> <i>turaque fumabant, cum munere functus ad aras</i> <i>constitit et timide "si, di, dare cuncta potestis,</i> <i>sit coniunx, opto," non ausus "eburnea virgo"</i>
20	<i>dicere, Pygmalion "similis mea" dixit "eburnae." [...]</i> <i>ut rediit, simulacra suae petit ille puellae</i> <i>incumbensque toro dedit oscula: visa tepere est; [...]</i> <i>dum stupet et dubie gaudet fallique veretur,</i> <i>rursus amans rursusque manu sua vota retractat.</i>
25	<i>corpus erat! saliunt temptatae pollice venae.</i> <i>tum vero Paphius plenissima concipit heros</i> <i>verba, quibus Veneri grates agat [...]</i>

coniugio, quod fecit, adest dea [...].